

condita a constitutione mundi; ipse vobis pandet viam pacis, viam ad cœlum, viam ad felicitatem; ipse vobis evangelizabit regnum cœlorum et bona cœlestia, imo divina, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Hinc Magdalenæ sedens ad pedes Jesu, eumque assidue et intente audiens, ab eo audivit: « Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. » *LUC. XI.*

**Praclare S. Leo, serm. De Transfiguratione:** « Hic est, ait, Filius meus, cui ex me et mecum esse, sine tempore est. Hic est Filius meus quem a me non separat deitas, non dividit potestas, non discernit æternitas. Hic est Filius meus, non adoptivus, sed proprius; non aliunde creatus, sed ex me genitus. Hic est Filius meus, per quem omnia facta sunt. » Et mox: « Hic est Filius meus, qui eam quam mecum habet æqualitatem, non rapina appetiit, nec usurpatione præsumpsit, sed manens in forma gloriæ meæ, ut ad reparandum genus humanum exquereret commune consilium, usque ad formam servilem inclinavit incommutabilem deitatem. » Unde concludit: « Hunc ergo, in quo mihi per omnia bene complaceo et ejus predicatione manifestor, ejus humilitate clarificor, incontinentanter audite, quia ipse est veritas et vita, ipse virtus mea atque sapientia; ipsum audite, quem Prophetarum ora cecinerunt; ipsum audite, qui sanguine suo mundum redemit, qui vitam aperit ad cœlum et per crucis supplicium gradus vobis ascensionis parat ad regnum. »

**Christus hic summi baptismi instituit.**

**Prob. Primo.**

Denique valde probabile est Christum, hoc loco et tempore cum baptizaretur in Jordane, hoc ipso instituisse sacramentum baptismi eique dedisse efficaciam justificandi; necessitatem tamen ejus suscipiendi indixisse post mortem suam in Pentecoste. Ita disertè docet *primo* S. Thomas, III p., *Quæst. XXVI, art. 2;* Cajetanus et ceteri ejus sectatores, ac id ipsum fuse ibidem probat noster Gabriel Vasquez. Idem insinuat S. Augustinus, *serm. 37 De Tempore:* « Baptizatur novus homo, inquit, ut novi baptismatis constituat sacramentum. » Patres etiam communiter docent Christum suo baptismi aquas sanctificasse et eas contactu corporis ejus vim regenerativam accepisse: S. Ambrosius, *lib. II in Luc., cap. XXXI, et serm. 15 et 20;* S. Hieronymus, *Dialog. contra Luciferian., S. Chrysostomus, homil. 2 in Matth., Nazianzenus, orat. in s. Nativitatem, et passim Interpretes in hoc cap. III et Matth., quod ita intelligendum est, non quod*

aqua acceperint aliquam physicam qualitatem, sed quia tunc illo facto ex intentione Christi sunt deputata ad sanctificandum; sicut enim aliquid instituitur verbis, ita etiam solo facto aliquid institui potest; atqui etiam tunc formam baptismi institutam et designatam fuisse credibile est, per hoc quod tota Trinitas tunc apparuit: ergo totum sacramentum tunc fuit institutum. Confirmatur, quia si Christus verbis tunc dixisset: *Volo ut homines baptizentur in aqua in nomine Trinitatis, omnes faterentur ipsum tunc instituisse baptismum: atqui hoc ipsum dixit facto, nam hoc voluit suo facto significare.* Accedit S. Chrysostomus, *homil. jam citata, asserens quod sicut Christus in eadem mensa approbavit umbram, et addidit veritatem, quando in eadem cœna comedit agnum et instituit Eucharistiam, ita in eodem flumine conjunxit umbram et veritatem, scilicet baptismum Joannis cum baptismo suo.*

**Probatur secundo,** quia statim initio predicationis suæ Christus per discipulos baptizabat, ut patet, *Joan. III et IV.* Ergo jam baptismus ejus erat institutus. Atqui non apparet ubi commodius potuerit esse institutus, quam cum Christus contactu sanctissimæ carnis suæ aquam consecravit et Trinitatis manifestatione formam designavit.

**Tertio,** quia festum Luminum apud Græcos ita celebratur, quasi tunc nostrum baptismum fuerit institutum. Vide Nazianzenum, oratione in *SS. Luminaria.* Unde in hymno illius diei canit Ecclesia: « Hodie in Jordane lavit Christus nostra crimina. » Porro hanc baptismi institutionem ipso facto a se factam Christus verbo explicavit et promulgavit, cum cepit predicare et baptizare. Unde Suarez tunc institutum fuisse baptismum opinatur. Denique baptismus Christi, licet jam institutus, non tamen obligavit homines ad eum suscipiendum usque ad adventum Spiritus sancti in Pentecoste: nam usque ad illud tempus fuit in consilio, deinceps vero fuit in precepto. Ratio est, quia in Pentecoste facta est promulgatio legis novæ, cujus initium est baptismus. Usque ad Pentecosten ergo obligavit lex vetus et circumcisio quæ tunc obligare desit, cum successit ei lex nova promulgata in Pentecoste, *Act. II, ut docet S. Augustinus, epistol. 19; S. Thomas et passim Theologi.* In Pentecoste enim omnia mysteria Christi et Christianismi adimpleta fuerunt; unde tunc lex nova obligare coepit, lex vetus vero obligare desit, ut pote quæ novæ tantum erat typus et figura, sicut umbra desinit præsentate veritate et lumine.

**Nota. Merito illi gardi an le Peite costat.**

## CAPUT QUARTUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**Describit primo quadragenarium Christi jejunium in deserto, ejusque triplicem a Satana tentationem. Secundo, vers. 13 narrat Christum cepisse in urbe Capharnaï predicare regnum cœlorum. Tertio, vers. 18 Christum ad sui sequelam evocasse Petrum, Andream, Jacobum et Joannem, multosque ad Christum ob ægritudines quas sanabat, confluisse.**

1. Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. 2. Et cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. 3. Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. 4. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. 5. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum super pinnaculum templi, 6. et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit deus, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi Jesus: Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. 8. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, 9. et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. 10. Tunc dicit ei Jesus: Vade, Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. 11. Tunc reliquit eum diabolus; et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei. 12. Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galileam; 13. et relicta civitate Nazareth, venit et habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon et Nephtalim: 14. ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam: 15. Terra Zabulon et terra Nephtalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium, 16. populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, et sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. 17. Exinde cepit Jesus predicare, et dicere: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum. 18. Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores), 19. et ait illis: Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. 20. At illi continuo relicti retibus, secuti sunt eum. 21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi et Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua; et vocavit eos. 22. Illi autem statim relicti retibus et patre, secuti sunt eum. 23. Et circumiit Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, et prædicans Evangelium regni, et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. 24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus et tormentis comprehensos, et qui dæmonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et curavit eos; 25. et secuta sunt eum turbae multæ de Galilæa, et Decapoli, et de Hierosolymis, et de Judæa, et de trans Jordanem.

**Vers. 1. Luc. IV, UT TENTARETUR A DIABOLO. — Syrus, ab accusatore; Marc. dædō; enim Græcis idem est quod accusator; 2, 12.**

**4. Tunc JESUS DUCTUS EST IN DESERTUM A SPIRITU, et tentaretur a diabolo. — Syrus, ab accusatore; Marc. dædō; enim Græcis idem est quod accusator; 2, 12.**

**13. Tunc JESUS DUCTUS EST IN DESERTUM A SPIRITU, et tentaretur a diabolo. — Syrus, ab accusatore; Marc. dædō; enim Græcis idem est quod accusator; 2, 12.**

**18. Tunc JESUS DUCTUS EST IN DESERTUM A SPIRITU, et tentaretur a diabolo. — Syrus, ab accusatore; Marc. dædō; enim Græcis idem est quod accusator; 2, 12.**

eum in desertum. » Et Lucas, cap. IV, 1: « Jesus autem plenus Spiritu sancto, regressus est a Jordane, et agebatur a spiritu in desertum. » Unde videtur quod Christus eadem die 6 Januarii, qua baptizatus est, actus sit a spiritu in desertum, eademque die finiente et septima inchoante, inchoavit jejunium 40 dierum, ideoque illud finierit die 15 februarii. Celerrimus enim

**Christus cepit jejunium die 6 Januarii.**



ad omne opus bonum est Spiritus sanctus, aequae Christus.

Ducus est. — Graece *ἀγρία*, id est subductus et e medio sublatus est, ut scilicet e populi turba, cum qua hactenus conversatus erat, secederet in desertum. Ubique orationi et jejuniu vacans, sanctitatis famam sibi apud populum pareret, ac majori auctoritate predicare inciperet, aequae fecerat ejus prodromus et praecursor Joannes Baptista. Marcus habet: «Expulit eum spiritus,» ubi vox *expulit* significat vim, efficaciam et alacritatem Spiritus, quae erat in Christo ac futura erat in Apostolis ceterisque Christianis, quos possessurus et ad heroica virtutum opera acturus erat Spiritus sanctus, juxta illud, *Roman. viii, 14*: «Qui Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.» Ita S. Hieronymus, S. Hilarius et Auctor *Imperfecti*. Ductus ergo est Christus a Spiritu, non per aera raptus, sed pedibus suis alacerrime impulsu Spiritus contendens ad stadium luctus cum Satana in deserto in eundem. Desertum enim Christo fuit orationis, jejunii et vitae angelicae palestra, ibique duellum inicit cum Lucifero eumque prostravit. Vide S. Basilium, *De Laudibus Eremiti*, et ea quae annotavi, *Osee ii, 14*, ad illa: «Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.»

In deserto

IN DESERTO. — Deserto hoc vocatur Quarantana, quod ita ex Bredembachio, Brochardo et Saligniaco describit Adrichomius in *Descript. Terrae sanctae*, pag. 49, num. 97: «Quarantana desertum inter Jerusalem et Jericho incipit, juxta Anathot, et extenditur super Galgala usque ad desertum Thecae et Engaddi, juxta mare Mortuum. Hic commemoratus est S. Joannes Baptista, ibique in ejus memoriam exstructa fuit ecclesia et monasterium quod Graeci monachi inhabitabant, sed temporibus Bredembachii erat desolatum. Ibi venientem ad se, ut baptizaretur, Christum digito demonstravit Joannes, dicens: *Ecce Agnus Dei*. In hoc Christus jejunavit 40 diebus et 40 noctibus, agens et habitans cum bestiis.» In hoc deserto juxta Jordanem, ejusdem nominis est: «Quarantana, mons altus et ascensus difficilis, in quo tentatus est primum Dominus a Satana. In hujus montis cacumine saeculae est ruinosum, jejuniu et oratione Christi venerabile.»

Tropologicae: audi S. Ambrosium, lib. III *De Virgini*: «Et nos igitur, inquit, procul a luxuria, procul a lascivia, tanquam in arido vitae istius ac jejuno solo, fugitantes deliciarum Christum sequamur. Non in foro, non in plateis Christus reperitur. Nequaquam igitur queramus Christum, ubi invenire non possumus. Non est Christus circus-foraneus, Christus enim est pax; in foro litis: Christus justitia est; in foro iniquitas: Christus operator est; in foro inane otium: Christus charitas est; in foro obtractatio: Christus fides est; in foro fraus et perfidia: Christus in Ecclesia est: in foro idola, etc.»

A SPIRITU. — Non a diabolo, sed a Spiritu sanc-

to; hic enim praecessit cap. praecedenti, vers. penultimo, ubi dicitur de Jesu: «Vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam et venientem super se.» Hic ergo Dei Spiritus fuit possessor et auriga Christi, agens eum in desertum. Unde Syrus vertit: «a Spiritu sanctitatis,» id est a Spiritu sancto, qui est sanctissimus et fons omnis sanctitatis, idque patet ex articulo graeco, *τὸ πνεῦμα, q. d. illius Spiritus*, scilicet magni, primi, summi et divini; et quia hic Spiritus opponitur diabolo, qui sequitur quasi antagonista Christi et Spiritus sancti, «ut illic eum Spiritus malignus inveniret,» ait S. Gregorius, homil. 46 in *Evangelio*. Denique vox *Spiritus*, cum absolute ponitur, significat Spiritum sanctum, ut notavit ex Didymo magistro suo S. Hieronymus.

UT TENTARETUR A DIABOLO. — Vox ut non significat Spiritum sanctum directe intendit tentationem diaboli intentandam Christo, hoc enim malum et perversum est, sed intendit duntaxat tentationem hanc permittente, ob fructum et victoriam Christi, quam certo ope sua futuram praevidebat, ideoque Christum diabolo tentationem hanc optanti objecisse, et quasi athletam ad duellum eidem composuisse et opposuisse.

Primo ergo Spiritus sanctus hoc facto intendit, ut Christus illico a baptismo tentatus, Christianis jam baptizatis et ad Deum conversis vitae daret ideam, qua discernent tentationibus statim occurrentibus resistere et contra eas se communiare. Idem S. Chrysostomus et Hilarius: unde Tertullianus, lib. *De Baptismo*, cap. ultimum, docet hunc significatum esse neminem intentatum regnum Dei consecuturum; ac simul ostensum est, quis sit artifex et faber tentationum omnium, ut ait idem, lib. *De Orat.*, cap. viii.

Secundo, ut nullam tentationem esse insuperabilem ostenderet, sed omnes vinci gratia a se aspirata, oratione, jejuniu, verbis S. Scripturae, preceptorum et promissionum Dei meditatione, ac constantia, fortitudine et fiducia in Deum, suo exemplo demonstraret. Vide dicta Ecclesiasticae, cap. ii, 1 et seq., ubi multa haec de re annotavi.

Tertio, ut Christus ceteris hominibus, qui crebro a Satana tentantur, quasi fratribus similem se praeberet et exhiberet, ut docet Apostolus, *Hebr. iv, 15*.

Quarto, ut futuros in Ecclesia doctores, praedicatores, praesules, apostolos primo tentationibus probari, ac oratione et meditatione in solitario secessu firmari oportere, illoque spiritu ingentem a Deo haurire, quem deinde in alios effundant, ostenderet. Qui ergo sapient, prius cum Christo in deserto hoc orationis et meditationis secedant, in eoque cum Deo conversantes ad munus praedicationis, gubernationis et apostolatús se disponant et preparant.

Quinto, ut Luciferum ad duellum provocans superaret, et consequenter totum ejus demonum exercitum. Porro duellum hoc Christi et diaboli,

Cur  
Christus  
tentatus  
resp.  
Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

simile est duello solis cum nubibus eum cingentibus, cum hoc lemmate: «Splendor ex me.» Sol enim (ita dictus, quod solus sit in mundo) est «oculus mundi,» ait S. Ambrosius in *Hexam.*, die 4, juvenitibus diei, pulchritudo caeli, mensura temporum, virtus et vigor omnium stellarum.» Sic est et Christus. Sicut ergo sol nubes dissipat, sic et Christus on. diaboli tentationes. Rursum sicut sol nubes atris illustrans, facit splendidas, sic Christus splendore gratiae suae desolationes in consolationes, tentationes in victorias, praellium in triumphum convertit.

Sexto, ut sua tentatione et exemplo nostras tentationes vinceret, et cum eodem hoste et antagonista suo Satana pugnare et vincere doceret, atque ad id gratiam et fortitudinem nobis promereretur. Licet enim fideles infirmitatis suae consocii, declinare debeant tentationes quoad possunt, juxta id quod Christus orare nos docuit: «Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo,» *Math. vi*; tamen cum illae ingruunt, generose et animose nisi Christo illis resistent necesse est, juxta id quod Christus ait: «Confidite, ego vici mundum.» *Joan. xvi, 33*. Unde S. Augustinus in *Ps. xc*: «Ideo, ait, tentatus est Christus, ne vincatur a tentatore Christianus.» Sed, ut idem ait in *Paul. lx*, «ut illo vincente, nos quoque vinceremus.» Nam, ut ait S. Ambrosius, in cap. iv *Luc.*: «Quando tentaris, cognosce quia paratur corona. Tolle martyrium certamina, tulisti coronam; tolle cruciatum, tulisti beatitudines. Nonne tentatio Joseph, virtutis est celebratio? nonne iniuria carceris, corona est castitatis?»

Nota: Lucas, cap. iv, 1, ait: «Agebatur a Spiritu in deserto tentatus diebus quadraginta, et tentabatur,» Graece *πειραζόμενος*, id est tentationem patiens, a diabolo: ex quo nonnulli colligunt Christum, praeter tres diaboli tentationes ab Evangelistis recensitas, plures alias per hos 40 dies passum fuisse, aequae post hos 40 dies, a Satana. Unde subjicit Lucas, 13: «Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus.» Ita censent Euthymius, Auctor *Imperfecti*, Jansenius et Cajetanus hic; Origenes, hom. 29 in *Lucas*; Beda, lib. 1 in *Mare*, cap. v; Eusebius, lib. IX *De doctrina*, cap. vii; S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evangel.*, cap. iv.

videtur tamen Lucas per *quadragesimam* tempus vel *quadraginta dies*, potissime respicere ad tres tentationes Christi, quas statim recenset: «Unde Nestor vocat in *Imperfecto*: *ταπεινωθείς* per hoc enim videtur Lucas summariam quasi capitulatae orationem Christi, quas statim paulo post enarrare, per anticipationem assignare et premittere voluisse, ut recte advertit Franciscus Suarez, II *Op. Theol.* XLVIII, ubi est *Quaestio* *A diabolo*, ubi *de* *Lucifero*: *hic enim quondam montium princeps antonomastice vocabatur diabolus; et cum hic congressi par erat Christus, iunctis oculis, iustitiam oculis dedit audire*

habitu  
maturum  
-es alia  
-etiam

sicut cum eo congressus fuit in caelo, cum autem unionem hypostaticam ambientem illamque sibi hominili futuro incidentem deiecit in terram, ut nonnulli convenienter. Lucifer ergo tunc ex inferno egressus est, et assumptus hominis sancti, ait Carthusianus, forma, et Christum tentavit, tum ut exploraret an ipse esset Filius Dei proprius et naturalis, tum ut eum tentaret, id est ad peccatum alliceret. Sic diabolus significat Luciferum, principem demonum, cum dicitur, *Math. xxv, 41*: «Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.» Et *Apoec. xii, 9*: «et projectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur Diabolus et Satanas,» etc. Sicut ergo Lucifer per Evam tentavit Adamum et viciis, sic et tentavit Christum, sed ab eo victus est.

Moraliter: hic docemur diabolum, cum praesagit aliquem fore eximium Ecclesiae doctorem aut praesulem, solere cum variis tentationibus aggredi, ut eum deiecit et fructum animarum quem ipsum facturum praevidebat, elidat ac in ipso quasi semine suffocet; ita hic demon Christianos omnes in Christo quasi semine et parente suffocare conatus est.

2. ET CUM JEJUNASSET QUADRAGINTA DIEBUS ET QUADRAGINTA NOCTIBUS POSTEA ESCRUIT. — Nota: Christus instar Moyses et Eliae integros 40 dies et noctes sine ullo cibo et potu (unde Lucas, cap. iv, 2, ait: «Et nihil manducavit in illis diebus») jejunavit virtute, non naturali, sed supernaturali, non extrinsece accepta, ut Elias et Moyses, sed sibi propria et intrinseca, puta divina, uti passim docent Patres.

Quaes quas ob causas id fecit? Respondetur: Prima fuit, ut oratione et jejuniu ad instantem praedicationem et munus docendi se preparare idemque non facere doceret. Secunda, ut jejuniu per consequentem essentiam objective daret occasionem diabolo, se tentandi et eodem contra tentationes instantes se armare, et non armare moneret. Ita S. Basilus, hom. A. De Jejunio.

Tertia, ut jejuniu carnis macerans, saluta corpe pro Adae panem voluitum comedentis, comestione, quae ejus pbserorum gula et delictis allicitis, vacavit per 40 dies in deserto, se disponeret, ut ostenderet jejuniu esse instar armorum, quibus animae suae furtum et ad peccata populi, ait S. Chrysostomus, hom. A. In Genesi.

Quarta, ut nos doceret, proprias spirituales desolationes, corporales spernere, ad hoc perire divinae contemplationem et gratiam, quod ex ea nascitur, appetere voluntatem carnalium, extingui, ac memoriam eblle et populi auferri. Unde Joannes Abbas, teste Cassiano, *Collat. xvi*, cap. v, ita de deo: contemplationis praeparatur, ut non recedat a ea, prae se comeditisset, nec ne.

Sexta, et potior magisque praecipua causa fuit, ut quadagesimale jejuniu Christianis ex Apo-

cap. 13  
ait  
-es  
-es

mod. 11  
-es







boris humani, divina virtutis est esuriam non habere. » Secunda, ut sua esurie diabolum ad se de gula tentandum objective alliceret et superaret, sicut ducens militum simulandam fugam, hostes allicient ad se insequendum, ut eos deinde prosternerat et proterat; » a ut fames Domini pia frans esset diaboli, » ut S. Ambrosius in cap. IV Luc., ut scilicet famis specie lactatus diabolus Christum tentaret quasi hominem, nesciens esse Deum. « Esurii, ait quidam vir sanctus, humilis Deus homo, ne inimico innotesceret sublimis homo Deus. »

3. ET ACCEDENS TENTATOR, DIXIT EI: SI FILIUS DEI ES, DIC UT LAPIDES ISTI PANES FIANT. — Accedens, assumpta scilicet humani corporis forma quasi homo ad hominem, ut eum externa voce alloquendo tentaret. Nam hæc tentatio Christi, sicut et Adami per Evam in statu innocentie, facta est per exteram tantum vocis suggestionem, non autem per internas phantasie cogitationes et commotiones contra rationem et spiritum insurgentes. In Adamo enim, et nullo magis in Christo erat iustitia originalis, quæ omnes motus animæ et phantasie rationi subiecerat, ut in eo nulla illicita cogitatio, nullus concupiscentie motus a diabolo suscitari posset, ut suscitatur jam in nobis post Adæ peccatum; quia ob illud perdidimus iustitiam originalem et laboramus concupiscentia. Ita Damascenus, lib. III De Fide, cap. XX, et ex eo passim Theologi. Unde S. Gregorius, hom. 16: « Tentari, ait, per suggestionem potuit, sed ejus mentem peccati diabolico non memordit, atque ideo omnis illa diabolica tentatio foris, non intus fuit. »

TENTATOR. — Diabolus, qui antonomastice vocatur tentator, quia inter tentatores est non solus, sed primus et precipuus. Errant enim qui omnem tentationem a diabolo suscitari autumant. Nam nonnullæ tentationes oriuntur et suggeruntur a propria carne et concupiscentia, aliæ a mundo, id est ab hominibus mundanis et carnalibus. Unde S. Augustinus, vel quisquis est auctor, lib. De Eccl. Dogmat., cap. LXXII: « Non omnes, inquit, male cogitationes nostræ semper malo demonis instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt. » Idem docet Chrysostomus, hom. 34 in Act., § Multi, inquit, absque diabolo peccant; non omnia, ipse efficit, sed multa etiam sunt a sola nostra ignavia. » Diabolus tamen sæpe suscitatur in nobis concupiscentiam ejusque tentationes, obiecta concupiscentiæ phantasie representando et appetitum sensualem, ad ea concupiscentiam incommendo. Idem suscitatur in nobis id est mundanos et animales homines, ut nos tentent vel persequantur, vel ut suas tentationes alligando, unde et per se vocatur tentator. Hæc sunt enim hæc astutiam diaboli, quæ quælibet tentatio in eis, ad quam propendet, vel in qua debilis est, sicut enim aucupes avibus et venatores levis variis et cuique proprias estas opponunt, ut eas capiant; sic et diabolus pronis

Error est, omnia tentationes omni a diabolo. In hoc loco tentator dicitur diabolus. Tentator dicitur diabolus. Tentator dicitur diabolus.

ad gulam, vel esurientibus obijcit delicias et escas, ut obijcit hic Christo: saturis vero obijcit olium, somnum et pigritiam; superbis obijcit honores; iracundis, lites et rixas; avaris, usuras, preedas, iniquos contractus, etc.; curiosis obijcit magiam, incantationem, superstitiones, etc. Ita S. Gregorius, lib. XIV Moral., cap. vii. Vide eundem, lib. III, cap. XIX. Denique hæc tentatio Christi contigit die 16 februarii anno Christi 31. Jejunium enim 40 dierum inchoatum, die sexta januarii finiente et septima inchoante, finit die 13 februarii, ac mox, puta 16 februarii, a Salana tentatus est gula cæterisque duabus tentationibus. Vide Chronotaxin quam Commentario preposui.

SI FILIUS DEI ES. — Audierat diabolus Patris oraculum in baptismo Christi: « Hic est Filius meus dilectus: » audierat quoque Joannis Baptistæ testimonium, quod Christus esset Filius Dei; sed quia alia ex parte eum videbat hominem quasi plebeum, pauperem, imbecillum et alius similem, ideo dubitans an Christus esset Filius Dei naturalis, ipsunque Patris Verbum, an vero duntaxat adoptivus, sed per excellentiam, ut hoc dubium resolvat, tentat Christum, petitque ut lapides in panes converterat, quibus esuriam suam levaret, ut ex hoc miraculo vel miraculi impotentia alterutrum cognoscat. Verbo enim Dei, ut omnia tantum dicendo olim creata sunt, Genes. I, sic et eodem jam lapides subito et immediato in panes verti poterant. Si ergo Christus id fecisset, credidisset diabolus ipsum esse Dei Verbum et Filium. Angeli enim possunt quidem lapides in panes convertere, at non subito et immediate, sed sensim et mediate, applicando activa passivis per prævias multas actiones, alterationes et conversiones; sin id non fecisset Christus dixissetque se facere non posse, hocque esse opus divinum et Deo proprium, intulisset diabolus: Ergo tu non es Dei Verbum, nec Filius naturalis. Probabilis est multorum Theologorum sententia, Luciferi peccatum et superbiam in celo fuisse quod, cum Deus illi revelaret Filium Dei assumpturum humanam naturam jubereque ut Christo homini se subderet, invideret Christo, quod scilicet homo sibi, qui erat nobilissimus Angelus, præferretur et assumereatur ad unionem hypostaticam cum Verbo: quare illam sibi ambiverit, ideoque contra Christum et Deum rebellavit. Quocirca videns hunc hominem a Patre et Joanne Baptista vocari Filium Dei, voluit explorare an esset verus Dei Filius, ut in dum pristinam suam injuriam, iram et indignationem effunderet. Ita Suarez. Hæc fuit illi crux, angens, et rogens superbum ejus animum; sed illam egerat et vitæ temperamento charitatis, quod venit per panes succurrere fami Christi. Quare verissime est diabolus non crude et quasi ex abrupto Christo dixisse: « Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, » sed prius humaniter eum salutasse

Ordo tentationis est hic. Tentatio.

etique per verba blanda se insinuasse, dicendo, v. g.: « Quid hic, mi Domine, agis solus? Quid rerum meditaris? Vidi te in Jordane a Joanne baptizari. Audivi vocem ex celo in ta delapsam: Hic est Filius meus; optarem scire an vere sis Filius Dei per naturam, an tantum adoptivus per gratiam, etc. Video quoque te ex jejuniis 40 dierum oppido esurire. Si ergo Filius Dei es, succurre fami tuæ et lapides istos in panes convertito: hoc enim tibi perfacile erit. » Quare minus verisimile est quod S. Chrysostomus hic, homil. 13, ait, diabolus voluisse Christum inducere in incredulitatem, q. d. Audisti in baptismo vocem: « Hic est Filius meus, » ne credas te esse Filium Dei; aut si es, lapides hos in panes convertito: stultum enim fuisse velle persuadere Christo ne crederet se esse Filium Dei, si revera est Filius Dei talemque se esse sciebat. Simul tamen hæc tentatio voluit diabolus Christum allicere ad vanam potentie suæ ostentationem et ad diffidentiam opis Dei Patris, q. d. Pater tuus per 40 dies tui oblitus est, nec tibi cibum submisit: tu ergo tibi ipsi consule et lapides in panes commuta. Item ad gulam, qua etiam tentavit Adamum et Evam. Peccatum enim gula fuisse hic, etiam ob famem diabolo cedere et obedire, scilicet illi sapienti acquiescere et miraculum patrare, ac lapides in panes convertere. Hoc enim directe est contra religionem, quæ omne cum diabolo commercium et consensum vetat; indirecte est contra temperantiam: quod enim est contra unam virtutem directe, hoc quoque indirecte est contra aliam virtutem in cujus materia actus ille versatur. Quare peccatum gulae hic fuisse, si Christus illicito modo, puta suadente diabolo, per miraculum cibum sibi comparasset. Imperite ergo Calvinus negat Christum fuisse tentatum de gula. Audi S. Gregorium, hom. 16 in Evangelio, ubi docet Christum triplici tentatione, gula scilicet, vanæ gloriæ et avaritiæ tentatum, quæ hæc pulsatibus victusque fuerat Adam: « Ex gula quippe tentavit, cum cibum ligni vitæ ostendit, atque ad comedendum suavit. Ex vanæ autem gloriæ tentavit, cum diceret: Eritis sicut dii; et ex propectu avaritiæ tentavit, cum diceret: Scientes bonum et malum; avaritia enim non solum pecunie est, sed etiam altitudinis. Recte enim avaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. » Deinde iisdem tentatum fuisse Christum, sed vicisse ostendit: « Per gulam quippe tentat, cum dicit: Dic ut lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam tentat, cum dicit: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Per sublimitatis avaritiam tentat, cum regna omnia mundi ostendit, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si proclinas adoraveris me; sed eisdem modis a secundo homine vincitur, quibus primum hominem se velle esse gloriosum, et ostendit, namque cum ait: Symbolice confitetur hic diabolus, Christum atque liberalissimum, primum esse convertente

Triplex Christi tentatio.

lapides in panes, ac consequenter diaboli, utpote avarissimii, et Antichristi officium esse panes vertere in lapides. Exemplum quod refert ex Sigeberto Baronius, anno Christi 603: « Hoc tempore pauper quidam cum a nautis cleemosynam peteret, nec acceperet, dicebat nauticero: Desiste cleemosynam petere a nobis, quia nihil habemus præter lapides; cum subieisset pauper: Omnia ergo vertantur in lapides; quidquid manducabile in navi erat, in lapides conversum est, colore et forma rerum eadem permanente. » Hoc miraculum fecit avaritia suggesta a Diabolo.

4. QUI RESPONDENS, DIXIT: SCRIPTUM EST: NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO, QUOD PROCEdit DE ORE DEI. Est enallage prepositionis: In omni, id est ex omni verbo, ut Noster verit, Deuter. VIII, 3, quem locum hic citat Christus illoque quasi secuto tentationis diaboli excipit, repellit et confringit. Hebraice est: « Super omne quod egreditor os Domini, vivit homo, » hoc est, re quacunque quam jussert Dominus, vel ordinari ad vitæ sustentationem, vivit, nutritur et sustentabitur homo, uti Judæos in deserto sine pane per quadraginta annos adult sola manna cælesti (de manna enim est sermo, Deuter. VIII, 3) ac Moysen, Eliam et Christum hic aluit per quadraginta dies suo alloquio suarum virtute naturam conservante. Unde recte Abulensis, in Deuter. VIII, 3: « Si Deus, inquit, mandaret comedere colubros, basiliscos, lapides, etc., etc., melius illis quam delicatissimis cibis nutrimerur, quia Deus illa in succum et cibum præstantem converteret; imo, si vellet sine omni cibo viveremus, uti multis orationi et contemplationi addictos et spiritualibus delectationibus intentos, iisdem pavit, adeo ut omnem cibum humanum fastidiret, ut patuit in S. Catharina Senensi, S. Maria Oigniacensi, S. Lutgarda priscisque anachoretis. » Sic Joannem abbatem aluit sola Eucharistia quam die Dominica sumebat, per tres annos. Unde Angelus ei dixit: « Christus tibi vorus erit cibus, » teste Palladio in Lausiaca, c. LXI. Sic S. Mariam Egyptianam fere per quadraginta septem annos aluit in deserto sine cibo terrestri pasceans eam lacrymis et gaudiis cælestibus. Sic Magdalenam pavit solo cantu angelico septies per diem repiente, de qua Petrarca ita canit:

— Septemque die subvecta per horas, Angelicus audire choros alterna canentes Carmina, corpore de carcere digna fuisse.

Sic magnus ille S. Sabas, ait auctor Vitæ ejus: « Toto jejuniario tempore erat jejunans, nihil omnino cibi attingens, nisi quod Sabbatis et Dominicis divina sumebat sacramenta. » Mystice fidelis quisque vivit ex omni verbo, id est ex quolibet alimento verbi cælestis, ait S. Ambrosius, in cap. IV Lucæ, quo altius animam præ quo famæ corporis est negligenda. Unde per

Sancti quos Deus uti aluit sine cibo.

Mystice.



verbum Dei : primo accipias Christum, qui est eternum Dei Verbum, et factus homo nos nutrit sua doctrina, gratia, exemplo, ac seipso suaque carne et deitate in Eucharia; secundo, verba Scripturae Sacrae, quae mentem illuminando et inflammando pascent; tertio, orationem et inspirationem Dei; quod ultimum noster Salmeron hic censet esse litterale, non mysticum et ad litteram hic significari.

Tropologie : S. Gregorius, hom. 16 in Evang., admiratur hic mansuetudinem Christi : « Pensate, ait, quanta est patientia Dei, et quanta impatientia nostra. Nos si injuriis, aut aliqua lesione provocamur, furere promovimur, aut quantum possumus nosmetipsos ulciscimur, aut quod non possumus facere minatur : ecce adversarietatem diaboli Dominus perimitur : et nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Postquam quem punire poterat, ut hoc in laudem eius altius cresceret, si hostem suum non exstingens, sed interim patiente superaret. »

TUNC ASSUMPSIT EUM DIABOLUS IN SANCTAM CIVITATEM (Jerusalem, in qua sola erat sanctum Dei templum et unius Dei cultus, ac vera religio, ait S. Hieronymus, epist. 130 ad Hedibium, quaest. 8) ET STATUIT EUM SUPER PINNACULUM TEMPLI. — Vox tunc significat diabolum prima tentatione gula Christo victum, illico hanc secundam vanae gloriae et subiectionis. Dies : Quomodo ergo Lucas, cap. iv, hanc tentationem ponit non secundam, sed tertiam? Resp. Lucam per hysterologiam hic, uti et alias saepe, ordinem tentationum neglexisse, quem Matthaeus accurate observat et assignat; unde dicens tunc, iterum, sat significat se ordinem servasse. Estque hic naturae et tentationum ordo congruus, ut a gula fiat transitus ad vanam gloriam. Ita S. Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius et alii. Sic etiam novitium in fide et religione, primo tentari solent gula et carnis stimulis; quibus superatis, succedit tentatio vanae gloriae, ut patet ex Cassiano, Climacho et aliis. Cum enim diabolus quempiam videt spernere gulam, delicias et tentationes carnis, suscitatur ei tentationem spiritualem vanitatis et presumptionis; gula enim obnoxii sunt homines carnales, superbiae vero excoeli et spirituales.

ASSUMPSIT EUM DIABOLUS. — Prima hic est tentatio S. Cypriani, serm. De Jejunio et Tentat. Christi, censentis hanc diaboli assumptionem Christi non fuisse realem, sed phantasticam, sive imaginariam, quales fuerunt visiones Ezechiel exhibitae, et quales saepe sunt translationes sagarum, dum videtur sibi transferri a diabolo ad epulum vel tripodium solemne, cum revera non transferantur, sed diabolus imaginationi illarum illudat (sicut illudat somnis somniantibus), ut tantum id imaginentur et somnient. Verum indignum est credere diabolum tam false illuisse phantasiae Christi, praesertim cum in interiora Christi diabolus nullam habuerit potestatem :

unde omnis haec tentatio Christi facta est solum per vocem externam, non per suggestionem internam, ut ex S. Gregorio dixi, vers. 3.

Secundo, Euthymius et Maldonatus opinantur Christum a diabolo pedibus ductum in pinnaculum templi, idque, ne se proderet diabolus, si eum per aera raperet. Assumpsit ergo, id est duxit. Sic et Anselmus et Origenes, hom. 31 in Lucam. Verum ex deserto et monte Quarantano, Jericho vicino, ubi tentatio haec configit, longum est iter in Jerusalem et templum, scilicet octo horarum, quod aere uno die conficitur.

Tertio et verisimillime, Christus ex deserto a diabolo assumptus, id est raptus est per aera in pinnaculum templi. Ita S. Hieronymus, Gregorius, Auctor Imperfecti, Glossa; S. Thomas, III p., Q. XLI, art. 4 ad 7, et alii. Hoc enim significat verbum assumere, et Graecum παραλαμβάνειν, et quod sequitur : Statuit eum super pinnaculum. Neque mirum id Christum diabolo circa se permisisse, qui se permisit a membris illius (impis Judaeis) crucifigi, ait S. Gregorius, hom. 16; neque hic se prodidit demoni, quia velut Angelus lucis Christum transferre poterat, aut certe non multum se hoc rapto prodi curabat diabolus, qui se jam suspectum, imo perspectrum esse Christo suspicabatur et metuebat. Unde in tertia tentatione volens adorari a Christo, plane omnem Angeli lucis larvam deposuit, seseque ac satanicam suam arrogantiam detexit.

Notat Auctor Imperfecti, et ex eo S. Thomas, quod, licet diabolus sic Christum assumpsit, ut ab omnibus videretur, idque ut cum demone consuetudinem habere, et magus esse crederetur, Christum tamen, diabolo nesciente, sic egisse invisibiliter, ut a nemine conspiceretur, vel impediendo speciem corporis sui, ne scilicet corpus suum species visivas ex se emitteret, vel non concurrendo cum oculis videntium ad actum visionis corporis sui, ne viderent illud rapti per aera; diabolus ergo volentem sibi illudere, assuit Christum, tum in hoc, tum in ipsa assumptione sui : putabat enim demon Christum, si Filius Dei esset, non permissurum se assumi et per aera raptari a diabolo, indeque se cogitaturum an Filius Dei esset, nee ne : Christus vero dissimulans et assumi ab eo se permittens, frustratus est demonis opinionem illumque ambiguum reliquit. Quocirca ille nova tentatione precipitationis sui id explorare aggreditur. Unde S. Chrysostomus censet diabolum putasse Christum invitum et quasi non potentem resistere, a se assumi et rapti, cum Christus posset, sed nollet resistere ad fallendum Satanam.

STATUIT EUM SUPER PINNACULUM. — Pinnaculum, ait Siphontius, est, fastigium et summus adificii in aeternum tendentis, sive quod veteres pinnam aeternam dicebant, sive quod pinnaculis addi pinnam consuevit, quae facili motu ventorum indicet flatum, quod genus nunc vulgo pinnaculum

Tentatio- nes novi- tium.

Assump- sit diabo- lus Chris- tum non phantas- tico.

Ex- etiam- ditudo- casus.

Sed- rapto- nis per- aera.

Christi- illius- b- lussoria.

dicimus. » Unde Graece vocatur πτερόν, quasi dicat, parva ala alatum. Pinnaculum ergo in acumen vergit, habet tamen suum quandam planitiam et latitudinem, in qua homo pedibus consistere queat, uti in his consistere videmus fabros cum tecta reficiunt : in eo ergo stare potuit Christus, aut certe in eo illum tenuit et sustinuit diabolus. Verisimile est pinnaculum hoc templi fuisse fastigium, sive caecumen vestibuli et frontispicii templi (puta Sancti, et Sancti Sanctorum; hoc enim solum habebat tectam : nam atrium, in quo degebat populus, erat intactum et sub dio) quod erat instar turris totum adificium superans, altum centum viginti cubitis, ita ut, si Christus inde cecidisset, lapsus fuisset in atrium sacerdotum, quod erat ante Sanctum, inter vestibulum jam dictum et altare holocaustorum. Suggestit ergo diabolus Christo, ut ex pinnaculo hoc se demitteret in atrium sacerdotum, q. d. Labere et ostendere te sacerdotibus ceterisque Deicolis, ac toti populo (hic enim ex atrio laicorum spectabat sacrificia quae fiebant in atrio Sacerdotum); ostende, inquam, hoc miraculoso lapsu, quo manes illasus, te esse Filium veri Dei, quem in atrio hoc omnes adorant et metuebant. Ita Franciscus Lucas, Toletus et alii. Voluit enim Satanas Christum hac tentatione ad vanam sui saepeque majestatis ostentationem inducere.

Aliter Jansenius et Maldonatus; notant enim domos et templum Iudeorum habuisse tectum non acuminatum, sed planum instar tabulati, ut in eo possent homines ambulare, prandere, confabulari, quin et noctu dormire, ut patet, Josue II, 6; Matth. x, 27; IV Regum xxii, 12 et alibi. Addunt tectum hoc septo quodam quasi muro ad latera quaquaeversum circumdatum fuisse, ne quis ambulans forte inde rueret et ruende in terram collideret, idque jussu Dei, Deuter. xxii, 8; verisimile autem esse, in hoc peribolo vel septo partes quasdam eminentiores fuisse, v. g. angulares, uti in muris quadratis fieri videmus, easque sat planas et latas, ut in his homo pedibus consistere posset; ac in illis diabolus stultissime Christum. Haece partes vocari hic pinnaculo, Graece πτερόν, Hebr. כנפים kenaphaim, id est ala, quia eminebant et in aere veluti alae expansae volitabant. Ita Angelomus, Eucherius, Lyranus et Richardus in III Reg. VII. Noster tamen Hieronymus Vilalpandus, tom.

Refuta- tur a Vi- talpando. VII. Noster tamen Hieronymus Vilalpandus, tom. II in Ezech., parte II, c. xxiii, negat tale septum fuisse in tecto templi. « Quare, inquit, quae de Christo et Jacobo, fratre Domini, ex pinnaculo templi praecipis missio dicuntur, vel ad hanc pene infinitam templi celsitudinem non pertinent, vel quae a demone ejusque satellitibus peracta sunt, quae a demone ejusque satellitibus peracta sunt, aliis non honorant. » Probat id, primo, quia Sacra Scriptura hu- jus septi in templo non meminit. Respondent adverse opinionis auctores S. Scripturam me- minisse septi domorum, Deuter. xxii, 8. Tem-

plum autem erat instar domus, imo revera erat domus Dei. Probat secundo, quia nulli, secun- do. Leviticus quidem, licitum erat in tecto templo ambulare : frustra ergo illud circumdatum fuisse septo sive muro, ne quis ambulans in eo laberetur in terram. Respondent adversarii, archi- tectis, editis et fabris opus fuisse sibi ad in eo ambulare, ut illud purgarent, reficerent, polirent; quare ne hi ex eo laberentur, septo protegendus fuisse. Probat tertio, quia Josephus, lib. VI Belli, c. vi, de Templo ejusque tecto sic scribit : « De- super verubus anreis acutissimis horrebat, ne ab insidentibus avibus pollueretur. » Respondetur haec verba non fuisse continua, sed hinc inde posi- ta, ita tamen ut inter ea transitus et statio pateret fabris alisque eo venientibus. Verum prior explicatio uti certior, ita et germanior est (1).

ET DIXIT EI : SI FILIUS DEI ES, MITTE TE DEORSUM, — ut te templi et altaris quasi domus tue Dominum Demumque sacerdotum et laicis ostende- das, atque ab eis jus adorationis et sacrificii tibi debitum reposcas.

Simili tentatione, uti refert Cassianus, Collat. II, c. iv, pulsavit victricem Hieronem. Cum enim ipse solo pane et aqua viveret, persuasit ei diabo- lus eum adeo esse statum Deoque et Angelis cure et cordi, ut ipsi eum etiam ex alto mentem excoipent; precipitavit ergo sese in puteum, ibique miser perit.

Moraliter : diabolus, qui e deorsum cecidit in tartara, alios quoque ceclum suum in eadem mittere vel trahere molitur. Quare, cum quem ad peccatum impellit, non aliud facit quam ut ipse mittat se deorsum. Unde Christus perversis Judaeis : « Vos, ait, de deorsum estis, ego de superis sum. » Joan. VIII.

Rursus Christus, studioso celans diabolus se esse Filium Dei, cludit omnes ejus artes et tech- nas; tenuit enim eum ambiguum et suspensum, ut nesciret quae via Christum aggredere- tur et tentaret. Unde disce secretis mentis tuae non evulgare, ne a diabolo impediatur. In bellis summa victo- riae consistit in celandis suis consiliis et hostium indagandis. Experientia crebra didici heroicos virtutum actus facile confici, si illorum destinatio secreta in mente teneatur subitque in opus deducatur, antequam demon illos odorari et distur- bare valeat. Haec est ars deludendi demonem.

SCRIPTUM EST ENIM : QUI ANGELIS SUIS MANDA- VIT DE TE (LUCAS, C. IV, addit, ad conversum te) ET IN MANIBUS TOLLENT TE, NE FORTE OFFENDAS AD LAPI-

(1) Alii tamen probabilis existimant pinnaculum, seu πτερόν templi fuisse tectum porticus regiae, quae erat in latere montis templi et ad meridiem spectabat. Tectum illud, ut Josephus, Antiq. XV, xi, 3, docet, erat nitens in domibus, pars vero media altissima et plana, quae vocat communem tectum. Porro inter hanc partem montis templi et urbem erat vallus profundissimus, ut si quis ceciderit in eum pariter abbas oculi calcigaret et vertigine urgeretur. Vid. Kunin in h. l.

Erant- fastigium- vestibuli.

Oratio- Jansenii.

Deus- instans- deorsum.

Veritas- falsitas- iun.



DEM PEDEM TUUM. — Citat *Psalm. xc*, 11. Angeli hic singulorum hominum custodes proprie intelliguntur; possunt tamen quilibet alii intelligi, quos Deus ad hominum opem et salutem variis modis mittit. Unde SS. Chrysostomus, Hieronymus, Hilarius hic et Origenes, hom. 24 in *Lucam*, et Nazianzenus, *orat. in S. Baptisimo*, censent hic diabolum falso ostendere sacram Scripturam; Psallem enim eo loco loqui de hominibus meris, non de Christo, qui erat homo Deus: hic enim non habebat Angelum custodem, uti habent ceteri homines, quia humanitatis suae custos erat ipsa ejus divinitas.

Ex adverso, S. Ambrosius, in cap. iv *Lucam*, et Remigius, in *Psal. xc*, censent diabolum non absum hoc loco Psalms, eumque recte attribuisse Christo; licet enim ipse non haberet Angelum certum custodem, habebat tamen omnes Angelos sibi obsequentes suoque ministerio deputatos. Absum tamen eo fuisse diabolum, quia eum delorsit ad malum, puta ad precipitationem sui. Nam hanc Angelorum tutelam et custodiam promisit Deus justis prudenter et pie agentibus, non temerariis, praesumptuosis et Deum tentantibus, uti est ex alto in terram precipitare, Audi S. Bernardum in *psal. Qui habitat*, serm. 14: « Quid enim mandavit? nempe quod in psalmo sequitur: Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Numquid in precipitiis? qualis via haec de pinaculo templi mittere se deotsum? Non est via haec, sed ruina; et si via, tu est, non illius. »

Moraliter: idem S. Bernardus, serm. 12 in *Psal. xc*: « Angelis suis, inquit, mandavit de te: Mira dignatio, et vere magna dilectio charitatis. Quis enim, quibus, de quo, quid mandavit? » etc. Et post nonnulla: « Quantum tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam! Reverentiam pro praesentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia. Caute ambula, ut videlicet cui adsunt Angeli (sicut eis mandatum est) in omnibus viis tuis. In quovis diversorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe. Tu ne audeas, illo praesente, quod vidente me non audeas. » Et pluribus interjectis: « Quoties ergo gravissima cernitur urgere tentatio, et tribulatio vehementer imminere, invoca custodem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, et dic: Domine, salva nos, perimus. Non dormit, neque dormitat, etsi ad tempus quandoque dissimulet, non forte periculosus ab illius manibus te precipites, si te eis ignoraveris sustentatum. »

ET IN MANIBUS TOLLERE TE. — Est catachresis; nec enim Angeli habent manus, sed eas cum corpore subinde assumunt; manus ergo significant opem vim et ministerium Angelorum, quae illa praesens Angelorum in omni discrimine, malo, periculo, imo casu et lapsu, quamvis precipitiis, sentiens auxilium, ut eorum manibus postari videtur. Sic S. Benedictus, ait S. Bernardus, serm.

13 in *Psal. xc*: « Dum Intentam oculorum aciem in splendore coruscæ lucis habere vide- rent, vidit Germani animam, Capuani Episcopo, in sphaera ignea ab Angelis in caelum deferri. »

7. AIT ILLI JESUS: RURSUS SCRIPTUM EST (*Deuter. vi, 16*): NON TESTABIS DOMINUM DEUM TUUM. — Tentat enim Deum, qui petit ab eo miraculum non necessarium, quale hic est, in precipitium se dantem manibus Angelorum sustinere. Poterat enim Christus ex pinaculo temp. per gradus vel funes descendere, uti descendunt fabri: non ergo necesse erat ut ex eo se precipitaret. Ergo vitando precipitium, reliquit diabolum ambiguum, ut ex hac tentatione cognoscere non posset an ipse esset Filius Dei, nec ne.

Porro in necessitate licet, majoris precipitii vitandi causa, in minus se conjicere, si alia via evadendi non suppetat. Prudentis enim est minus malum vel periculum pra majori capessere, et majus minorem redimere. Sic multae sanctae virgines, ut manus persecutorum illarum virginitatem violare conantium effugerent, cum alia via id facere non possent, in flumina se precipitarunt, malentes mori martyres quam violari virgines: majus enim est precipitium virginitatis quam vitae; illius enim pra haec majus est deus, aequae ac dedecus. Ita fecit S. Pelagia, Antiochena virgo quindecim annorum, cum sua matre et sororibus, quae, ut ait S. Ambrosius, lib. I de *Virginitate*, longiuscule post initium: « Hinc persecutoribus imminetibus, inde torrente fluvio exclusae a fuga, idem se ad coronam: Quid vereremur? inquit: ecce aqua; quis nos prohibet baptizari? Et hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua, quae virgines facit, quae caelum aperit, inferos legit, mortem abscondit, martyres reddit. Haec efflate, consertis manibus, quasi choros ducerent, in medium progrediuntur adveum. Videres piam matrem stringentem nodo manum: Has tibi, inquit, hostias, Christo, immolo praesules virginitatis, duces castitatis, comites passionis. »

Moraliter: discite hic diabolum, uti Christo tentationem praecipitii ingessit, sic similes horrendas christianis et sanctis ingerere, commovendo phantasmatam, sanguinem et melancholiam, ut sentiant cogitationes tristissimas, terrificas, sanguinarias, desperabundas, blasphemias, etc., quae nunquam ante eis in mentem venerant: solentur se exemplo Christi, quia Deus id permittit ad majorem eorum humilitatem, virtutem, et meritum. Quod ergo Scipio Nasica suavit Romanis, ne Carthaginem jam devictam everterent, ne Romana juvenis in pace otio torperet; sed Carthago bella suscitans, continuo eidem esset eos virtutis fidem, de laeta quam sancti in hisce tentationibus crebro subeunt, dicas. Sic Paulus, cum esset castissimus et quasi Angelus terrestris, assidue tamen tentatus fuit cogitationibus et stimulis luxuriae. Ne magnitudo, aut revelationum extollat te,

Remo-  
dium  
tra hor-  
rendas  
tentatio-  
nes.

De mon-  
ta nihil  
potest.

S. Hil-  
ari in-  
sta in  
Deo  
non, et  
victoria.

datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae, qui me colaphizat. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me; et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. » II *Corinth. xii, 7*. Remedum est animi constantia, fortitudo et firma in Deum confidentia, quae tentationes quaslibet, licet summe enormes, absurdas, abominandas generose refutet, imo despicias et spernas, atque magnanime pergas incepto virtutis studio et cursu. Occurrit olim daemones S. Antonio, conquerens omnes homines sibi maledicere. Respondit S. Antonius id merito et culpa sua fieri: « quia tu, inquit, omnes vexas et turbas. » Cui daemones: « Ego nihil officio, quia in nolentem nihil possum, sed ipsi seipsum ad invicem perturbant: non consentit, sed repugnat, hic cum vincit de eoque triumphat. Animo ergo resolutio in quavis tentatione dicimus: « Quis nos separabit a charitate Christi? Certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, » etc. *Roman.*, viii, et vicimus.

8. ITERUM ASSUMPSIT EUM DIABOLUS IN MONTEM EXCELSUM VALDE ET OSTENDIT EI OMNIA REGNA MUNDI, ET GLORIAM EORUM. — Mons hic a descriptoribus Terrae sanctae ponitur vicinus deserto Quarantane, ubi jejunavit Christus et gula tentatus fuit a diabolo, quem proinde montem diaboli vocant. Audi Adrichomium in *Descriptione Terrae sanctae*, part. xviii, numer. 90. « Mons diaboli distat duobus milliariis a Quarantana. Est a latere Bethel et Hai australi: in eum deductus fuit a Satana Christus, cum ostenderet et adpromitteret illi omnia regna mundi, si prociens adoraret se. » Sic et Brocardus et Brædenbachius in *Descriptione Terrae sanctae*, penes quos sit hujus rei fides. Transtulit diabolus Christum ex pinaculo templi rapuitque per aera in montem hunc celsissimum, ut ex eo ostenderet illi omnia regna mundi et gloriam eorum, scilicet urbium splendorem, gentium multitudinem, terrarum pulchritudinem, regum principumque opes, famulos, vestes, rhedas, exercitus, palatia, triumphos et quidquid in quolibet erat speciosum et magnificentum, ut ea concupisceret, et concupiscens se illa promittentem adoraret; sed nulla cupiditas Christi animum pupugit, utpote qui ab omni concupiscentia liber, mentem haberet summe compositam Deoque subditam, ac proinde terrena omnia spernentem et caelestia ambientem.

Quares, quia ratione diabolus ostendit Christo omnia regna mundi et gloriam eorum, idque in momento, ut addit Lucas? Nota: solus Deus id proprie facere potest. Primo, potest enim Deus confortare, acuerere et actuare oculos et visum hominis, ut ipse objectum quantumvis remotum, etiam per muros et petras, in seipso sine specie visibili videat, uti confortat lumine gloriae mentem beatorum, ut Dei essentiam sine specie in-

teatur: sic oculis corporis S. Anselmus vidit ea quae post murum gerebantur, ut habet ejus Vita. Simili modo potest facere Deus, ut hic Romae carnam oculis corporis ea quae geruntur in cubiculo regis Sinarum. Secundo, potest Deus confirmare et multiplicare species visibiles, ut ea spargant per loca opaca et densa, etiam longe dissita et remotissima. Tertio, potest species ab objecto non elicere, sed ea solo ubilibet producere. Hoc modo Deus Moysi ex monte Aberim ostendit totam terram promissam, Num., xxvii, 12, ac S. Benedicti oculis objectit totum mundum spectandum in globo, uti refert S. Gregorius, lib. II *Dialog.*, cap. xxxvi. Nil horum potest diabolus.

Quomodo ergo ipse Christi oculis omnia regna objecti?

Primo, Origenes et Rabanus regna mystica accipiunt, sive regna diaboli quibus in nonnullis regnat per iram, in aliis per superbiam, in aliis per gulam, luxuriam, etc. Audi Origenem: « Ostendit et diabolus innumerabiles hominum multitudines, quae suo tenebantur imperio, et dicit ei: Scio, venisti, ut adversus me dimices et tollas de imperio meo quos nunc subiectos habeo; certo contendas, nolo nitari, ne habeas ullam in negotio molestiam: unum est quod precor, prociens adura me, et accipe omne regnum quod teneo. » Verum hoc mysticum est, non literale, nec ad rem, puta ad tentationem Christi de regno corporali propositam facit.

Secundo, alii volunt diabolum cum Christo volasse per omnia orbis regna, et sic coram illa ipsi ostendisse; sed repugnat textus, qui ait: « Tunc assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi; » ergo ex monte ostendit illa eminens, non cominus volando per ipsa regna.

Tertio, S. Cyprianus, tract. *De Jejunio et tentat. Christi*, censet id factum non sensibili, sed imaginaria visione, scilicet diabolum imaginationi Christi representasse omnia regna; verum hoc rejicit, vers. 3, ubi dixi omnem hanc tentationem foris, non intus fuisse, ne diabolum potuisset immutare phantasiam Christi. Denique ad hoc non erat opus Christum rapere in montem excelsum, ubique enim potest diabolus phantasiam hominum illudere.

Quarto, Toletus, in cap. iv *Lucam*, putat daemone species rerum remotissimarum, puta regnorum, vi sua perduxisse ad Christum Christianae oculis, sicut ventus perfians vocem longius perducit quam illa sine vento audiri possent. Verum non potuit demerit tot 'antaeque, tam longe et directe per interjectos montes, rupes, sylvas ad oculos Christi perducere; nec id facere potuit sine aere cui species inhaerent; quare debuisset undique plurimum aere hinc species hinc imbutum ad oculos Christi vehere, quod nimis longum et operosum fuisset: imo nec cum aere id

Secun-  
ditas.

Diaboli  
modus.

Prima.